

OEDIPUS SACER

Super

EVANGELIA
DOMINIC: ET
FESTIVALIA,

Hoc est:

Variorum locorum, quæ qui-
dem Interpretum hæctenus industria ma-
gis obscuravit, planissimè expositorum,
Decas singularis,

Accessit Appendicis loco Galat. 3. v. 20
brevis enodatio

Autore

FRANCISCO WOERGERO
Lubecensi.



Sumptibus
Ulrici Wetsteinii Bibliopolæ
Lubecensis 1675.

VIRIS

Nobiliss. Præcell. & Clarissimis

DN. JOHANN
WINTHERO,

J.U.L. Præfecto Lubecensium in dia
cesi Mollensi gravissimo,

DN. CHRISTIANO
HAUBIO,

Δικανῶ χρησοφίλω καὶ βιβλιοπλυσίῳ,

Dominis Fautoribus suis ac amici
observandis,

Hoc quaecunq; grati animi
monumentum

d.

AUTOR.



IN FESTO S. NICOLAI EPISCOPI.

LUC. 12. V. 37.

E*Eati servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. E connexionione præcedentis & sequentis etiam versiculi facilè apparet, de horâ mortis loqui Salvatorem nostrum, & primùm proponere hîc privilegium singulare eorum, quos Dominus invenerit vigilantes iuxta illud Apocal. 14. v. 12. Beati mortui, qui in Dominò moriuntur. Deinde versu sequente summum innuere periculum, quod immineat his, qui Domini immemores ætatem agant, cum potentia DEI nemo possit resistere, quando is præter opinionem claustra cordis nostri esset referaturus 1. Cor. 4. v. 5. quippe quoniam penes ipsi sint claves mortis & inferni Apocal. 1. v. 18. Et si diligens pater familias à damnò quovis suæ etiam domui cum dispendiò quietis*

nocturnæ prospicit, ne clanculum fur ir-
 rumpat, cujus tamen conatibus potest re-
 sistere, quanto magis nobis vigilandum, *ut
 dies Domini sicut fur in nocte nos pessunde
 imparatos* 1. Theff. 5. v. 2. Quocirca cum de
 ultimô hîc nostræ vitæ termino concione-
 tur Christus, quod interprètes omnes (quod
 mihi quidem videre contigit) ad æterna
 vitæ gaudia nequicquam contorquent
 omnino locum ita explicandum duco
Amen dico vobis, quod præcinget se. Trist
 mortis iter: quomodo describitur Job. 10
 v. 21. 22. *Ascende in montem & morere*
 Deuter. 32. v. 49. *Dispone domui tuæ, quia
 morieris tu, & non vives.* Esa. 38. v. 1. *Renet
 vestros accingetis, & calceamenta habebitis
 in pedibus, tenentes baculos in manibus, & co-
 medetis festinantes: Est enim Phase (id est
 transitus) Domini.* Exod. 12. v. 11. Ad hoc
 horridum mortis quando accingendi pro-
 vocamur sive prælium sive transitum, Chri-
 stus suis spondet se futurum præstò, ne
ledantur à morte secunda. Apocal. 2. v. 11. cum
 solus ille dolores inferni possit solvere Act. 2
 v. 24. quippe qui destruxit mortem 2. Tim
 1. v. 10. Esa. 25. v. 8. Ebr: 2. v. 14. Oseæ 13. v. 14
 Exemplo S. Stephani, qui intendens in Cæ-
 lum

um, vidit gloriam Dei, & Jesum stantem à
 dextris virtutis Dei. Act. 7. v. 55. Item S. Pau-
 lus 2. Tim. 4. v. 16. 17. In prima mea defensione
 nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt:
 Dominus autem mihi astitit. Sic in ultimò
 vitæ agone, quando nemo nobis opitula-
 tum venit, aut unà comitatum, Psalm. 48.
 8. Frater non redimit, Christus se promit-
 tit fore & comitem & Assertorem ita fide-
 lem, ut dum nos jubemur esse in procinctu,
 etiam sit præcincturus. AMEN DICO
 VOBIS, QUOD PRÆCINGET SE.
 Cum verò miseri omnes simus homunci-
 ones, tot afflicti peccatis, tot onusti terrori-
 bus, tripartitò nos munit Sospitator noster.
 Primo efficacissima ostendens media, Ver-
 bum scilicet & Sacramenta: Deinde Perso-
 nam atq; adeò sanctum suum officium, ter-
 tiò præsentissimum in ipso vitæ discrimine
 auxilium. Ad Verbum & Sacramenta able-
 gat meritò, deficientibus omnibus huma-
 nis refocillationibus. ET FACIET EOS
 DISCUMBERE: ne gustent mortem Marc.
 9. v. 1. imò mortem ne videant quidem tot
 recreati Servatoris sui beneficiis Joh. 8. v.
 1. Surge, comede: grandis enim tibi restat
 via. dicebat olim Angelus Eliæ 1. Reg. 19.

v. 7. Multò augustius robur nobis applicatur per Sacramenta è morientis pro salute nostrâ Salvatoris vulneribus, *quia, quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in mortem ipsius baptizati sumus* Rom. 6.v.3. Sic & dicitur alterò Sacramento, quo *faciunt bonæ conscientia, quod cum Deo pepigimus per resurrectionē Jesu Christi* 1. Petr. 3. v. 21. subinde renovamus: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* 1. Cor. 11.v.26. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus: Multò magis reconciliati salvi erimus in vitâ ipsius. Rom. 5.v.10. & de plenitudine ejus omnes nos accepimus & gratiam pro gratiâ. Joh. 1.v.16. Ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionis illius. Philipp. 3.v.10. *Quis factus est nobis Sapientia & Justitia & Sanctificatio & Redemptio &c.* 1. Cor. 1.v.30. *Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuret, & qui credit in me non sitiet in æternum* ait ipse Christus Joh. 6.v.35. (2.) Sancta sua personam, atq; adeò universum nobis adminiculo fore innuit officium in voce PRÆIBIT, id est, primus ut per torrentē hujus vitæ, ita & spicula mortis in se suscipiat

iet, atq; penitus confringet, *pro omnibus mortem gustans* Hebr. 2. v. 9. *Imò deglutiens mortem, ut vitæ aeternæ hæredes efficeremur.*

. Petr. 3. v. 22. quemadmodum arca olim cæderis prælata Israëlitis Jordanem transeuntibus Jos. 3. v. 14. Sic nulla tot spinis armata via fuit, (de quacunq; etiam loquamur afflictione) quam non lubens & quidem prior Sospitator noster frequentaverit, *qui est primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens* Coloss. 1. v. 18. *pro eo, quod tradidit in mortem animam suam* Esa. 53. v. 12. *tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? ubi est mors simulus tuus?* 1. Cor. 5. v. 55. adeò non sentiunt beatè decedentes horrorem mortis, quin potius, cum in se hunc omnem derivarit, qui præit, Christus, in dulcem declinent lumina somnum.

3.) Præsentissimum monstrat in ipsò vitæ discrimine auxilium. **MINISTRABIT ILLIS.** (1.) *Protegendo: non rapiet eos quisquam de manu meâ.* Joh. 10. v. 28. (2.) *Intercedendo: qui est ad dexteram Dei, interpellat pro nobis.* Rom. 8. v. 34. (3.) *Transportando: Liberabit me Dominus ab omni malò, & afferet in regnum suum cæleste,* 2. Tim. 4. v. 18.

(4.) Glorificando: *Præcipitabit mortem sempiternam, & auferet Dominus Deus lacrymas ab omni facie* (Esa: 25. v. 8.) *quoniam agnus, qui in mediõ throni est, reget illos, & adducet eos ad vitæ fontes aquarum* Apoc. 7. 17. Hunc succum è concione Domini exprime volui, cū interpretes, qui & prolixo commentariis verba Domini prosequuntur, hæc aut invertant, aut penitus etiam omittant.

DOMIN: III. ADVENTUS.

Matth. II. v. 3.

Tues, qui venturus es, an aliũ expectamus? Rupertus Erythrophil. Evang. Domini: Adventus p. m. 55. Propter discipulos ait, qui ambitione, sinistra quadam cupiditate studiosiores essent magistri sui, quam oportere ita ut illius studio à Christo & ejus doctrina abhorrent: is ergo ut consuleret & errore ipsorum liberaret, Johannes totum hoc suscepit, & sic & Johannes Rabinsonus in lapide ad Azare pag. mihi 91. misisse eum discipulos, ut eorum potius fidem, quam suam de eõ confirmaret sententiam. Factum illud charitatem potius sapiebat, quam fidem. Item Joh: Ferus in Matth. cap. II. f. m. 220. Discipulos ad Christum mittit, quem sciebat melius ille

lorum infirmitati medicaturum &c. E qui-
 us aliam & fortasse probabiliorem sive
 coniecturam, sive explicationem elicio: Jo-
 annem non æque suorum hinc discipulo-
 um, ac totius populi Judaici rationem ha-
 uisse, cum non obscure testentur Magde-
 urgici *Cent. 1. lib. 1. cap. 10. pag. mibi 626.* ad-
 idum & discipulis & plebi ad Johannem pa-
 uisse, ita ut è vinculis suis docuerit semper
 adventantes. In conspectu igitur Judæo-
 um hanc legationem adornat Baptista, ut
 quos tot concionibus perducere ad Christi
 Regnum non valuisset, mundanam domi-
 nationem spirantes, hos acerrimi Servatoris
 emuli, tot divinis illustrati miraculis, ipsi
 seinceps instruerent melius, omnemq; adeò
 nanem de aliò Messia expectandò spem
 præciderent, itaque quo proprius ad castra
 (hoc ipsum quærentium) Judæorum acce-
 dere videtur Johannes, eò vehementius
 omnes fastus Judaici radices è vacillantium
 mentibus eruit ac convellit.

DOMINIC: IV. ADVENTUS.

Joh. 1. v. 21.

Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, non sum.
 Martinus Chemnitius in *1. 2. Harmonia Evangelist:* cap. 21, pag. m. 68. ut

cum Malachiæ atque Christi verbis his opinionem dubitantium Judæorum concilium (1.) *traditionem extruxisse* scribit de *E Thesbite resurrecturo* (2.) *vel quod olim sic* & hodiè *Judæis credita fuerit παλιγγενεσι* spiritibus defunctorum migrantibus in alia corpora. Ad prius quod attinet, certum est Malachiam ut in versu 1. Capitis tertii disertè adventu Præcursoris Baptistæ vaticinari, & cap. 4. v. 5. sub nomine Eliæ eandem iterare promissionem: *Ecce ego missurus sum vobis Eliam Prophetam*, non quidem illum Thesbitem, quem vivum in cœlos transtulit, sed Johannem Baptistam, in Spiritu, zelô & fervore ejus incedentem, Luc. 1. v. 17. qui Elias ille venturus Matth. 17. v. 12. 13. *Antequam veniat dies Jehovæ maximus ac reverendus*, hoc est, Christi Jesu adventus in carnem, officium ejusdem pariter propheti cum ac regium. Nam quæ secus sentientes de adventu Eliæ etiamnum præstolantur ventilant, ea dudum *in comparatione trium Eliarum* Joh. Tarnovius, & non adeò pridè *de reditu Eliæ* differt: singul. Joh. Frischmuth discussère. Ad posterius: an & quomodo Judæi transmigrationem animarum crediderint, eruditè docet Paulus Slevog

but: Acad. part. 2. de Metempsychosi Ju-
 rorum pag. mihi 819 & seqq. Sed alia & for-
 tis verisimilior hunc nodum ratio solvit,
 hanc nempe Baptistam Judæorum
 tunc hinc intentionem improbasse, & me-
 o talibus brevissimis responsionibus ca-
 gasse, *non sum, non sum*, cum hac ipsa Le-
 tione honorem, eundemq; non vulga-
 m, Johanni Judæi offerre cuperent,
 è primis patet verbis: *Non sum Christus.*
 quod si ita quæstiones suas moderati fuif-
 nt, *Dominus ne te constituit Prophetam?* &c.
 igni fuissent instructione meliori, quâ se-
 ram tantô viro indignos fecêre, hono-
 m omnem Johanni deferentes, quem sa-
 e Johannes ita horruit, cum rejectione
 lessiæ sui, qualem machinabantur, conjun-
 um, ut, cum officii sui rationem describe-
 e cogeretur, respectu Christi ne quidem
 ter viros sanctos, sed nec inter vivas sub-
 antias recenseri voluerit, damnans hos o-
 nes blandientium suggestus: *Esne Elias?*
Esne propheta? Non sum, non sum. Hinc
 e Joh: Baptistâ Hector Pintus in Esaia cap.
 o. pag. mihi 170. *Appellatur vox, quia ex se*
nil dicebat, sed quæ audierat à Deo. Rober-
 us Bellarminus concione 7. pag. mihi 54.
 Ipse

Ipse nihil est aliud quam vox & tuba &
 instrumentum Domini clamantis in deserto.
 daci de Yanguas de precipuis Christi & s
 etorum festis dignum quod addatur eam
 rem simile. Luna sicut Astrologorum doct
 simi affirmant, & inter S. PP. Basilius homin
 hexaemeron, August. Epist. 119, ad Januariū
 super Psalmū 10. quanto magis distat à sole, n
 gis plena ac investita tua apparet oculis nostr
 & quanto vicinior fit soli, tanto magis def
 ac minuitur lumine, quousq; non appareat, cu
 tamen ex superiori parte, quâ soli propinqu
 est, plena sit, lucidissima, atq; pulcherrima.
 & in hominibus contingit: Qui non mag
 Deo distant, & peccatis ab eo longè sunt, stude
 in oculis hominum ostentare se ipsos. Apocal
 v. 17. At viri sancti, ac Deo, qui est sol justit
 conjunctissimi, quia perfectè humiles sunt in
 culis suis & mundo placere non appetunt, tan
 magis deficiunt, miruuntur suo iudicio, su
 testimonio, quousq; tandem dicant: Non sum
 Non sum. Didacus stella Tom. 2. comm. sup
 Luc. 18. v. 11. quia non sum sicut ceteri, c
 Phariseo recte ait: Justus in principio acci
 sator est sui, & sic oportebat ut iste faceret, t
 men à suis laudibus incipit. Acrius jam olim
 Joh; Taulerus in Theolog: cap. 20. Ichhe
 un

Selbheit das gehöret dem Teuffel zu. Hoc
 : *Dicere aut putare EGO SUM, omne hoc re-*
et inspirationem Diabolicam. Quo animo
 ur credimus excepisse Baptistam has ta-
 assentantium Pharisæorum quæstiones,
 nas ne, quas omnes (cum id illi non ob-
 rère molirentur, ut præ Messîâ ipsum Jo-
 nem eveherent) repentinô abruerit
 onso? *Non sum, non sum.*

FERIA I. NATAL.

LUC. 2. V. 2.

Hæc descriptio prima facta est à Præside Sy-
ria Cyrino.

ipfa S. Evangelistæ verba spectentur, in-
 titutâ cum cœteris seu Chronologis seu
 ctoribus collatione, omnis evadendi è
 difficultatibus commoditas residet in
 bo ἐγένετο. vertendo illud *consum-*
ta est. Cum descriptio indicta, nascen-
 alvatore, mera, ut sic dicã, fuerit registra-
 : postea verò tabulæ censuales sunt con-
 tæ, secundum quas sub Quirinô demum
 riæ Præside constitutum tributum per
 us ministros exigebatur. Ut de unâ eadēq;
 criptione omnia rectè intelligere possi-
 , quippe quia vox ἐγένετο eâ significatione
 currit 1. Cor. 15. V. 54. tunc γενήσεται, im-
 ple

plebitur, alsdenn wird zu Wercke gerickt
 und vollenzogen werden/ das Wort das
 geschrieben stehet. Nam & Suidas dicit, *διουρα*
Φη τῶν ἐστὶν ἀπορίθμησης. Descriptio
 enumeratio, & Budæus, *διουράφειν* id
 quod in rationes referre. Loquitur ig
 de primâ indictione hujus Descriptio
 quando capita in censum sunt relata, S.
 cas, tempore nascentis Christi, non de e
 cutione per Cyrinum, quando ipsa pecu
 numerata. Sententiæ huic meæ suffrag
 videntur Doctores. Magdeburgici eni
Cent. 1. lib. 1. cap. 10. pag. m. 560. fine in e
 one Germanicâ his verbis utuntur. &
 Schätzung geboten/ welche auch Syrenius
 Landpfleger in Syrien durchs ganze Jüdi
 Land ausrichtete. Georgius Calixtus *de*
ctis, quæ Deus cum hominibus iniit th.
 ubi de hac priori nudâ enumeratione
nulli tumultui causam præbuit, cum esset
exactione, hoc saltem sine suscepta, ut cog
scerentur vires & opes imperii. Altera
post relegatum Archelaum instituta, quæ rea
censum exigebat, motus excitavit. C
 rius ad nostram mentem jam dudub
 Joh. Calvinus, notante ipsõ Spanhemio p
 2. *Evang. dubio 5. num. 7. à S. Lucâ hoc*

rius membrum vice correctionis additum
 e, hæc descriptio prima facta fuit Præside
 yrenio, hoc est, *tunc primum ad effectum*
educta est. Obstare quæ videntur, eaque
 iuxta Spanhemiũ non exigui ponderis, num. 9.
 e feriunt nos, nec certè etiam sunt tanti,
 cordatum Lectorem aliquantisper mo-
 ntur, ut potius, hac nostra qualicunq̃ue
 æmissâ illustratione, solidè confirmet.

DE LANIENA BETHLEHEMI- TICORUM INFANTUM.

Matth. 2. v. 17. 18.

*Unc adimpletum est, quod dictum est per Je-
 remiam Prophetam, dicentem. (c. 31. v. 15.)*
vox in Rama audita est, ploratus & ululatus
ultus, Rachel plorans filios suos, &c.

Cum certum sit Viris Doctissimis in
 DIO capite (S. Jeremiæ) de beneficiis N.
 ab exhibitio Messia provenientibus agi, con-
 dente nostro Joh. Tarnovio exercitat.
 sic. p. m. 334. princ. Mirum videtur, tan-
 hîc nequicquam ab Interpretibus mo-
 ri objectiones. Cumque oracula Prophe-
 rum dilucidius demum ex historiâ N. T.
 plicari soleant, in proclivi è totâ analysi
 xtus esset id ipsum eruendum, in quo nul-
 Lectori scrupulus residere potest nisi in

v. 12. *Et laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini super frumento & Vino & Oleo.* Per quæ bona Emanuel Sà, Cornelius à Lapide & alii *bona spiritualia* denotari afferunt. Taxat enim Jeremias perverfam Judæorum intentionem, qui, dum crucis operarentur, non æque spiritualibus terrenis animum desiderii exhilarabant quomodo verbis Rabbiorum istud Anonymorum luculentè monstrat Johan. Friscomuth, *de Sabbatò deuteroprotò* cap. i. S. Christoph. Helvicus hac de re ita *Jüdische Historien* i. Th. Vorrede: Sie meinen / können den Sabbath nicht besser heiligen / als mit Wohlleben / Pancetiren / Ketschen / Spielen / Tanzen / und weiß nicht was mehr / davon hie nicht zu schreiben ist: Und darumb stellen auch offtmahls am Sabbath ihre Hochzeit an / wie solches aus dem Buche *Mein Hagin* fol. 12. und andern auch Zeugniß der getauften Juden offenbahr ist. Sensus igitur verisiculi hic est. *Et laudabunt in monte Sion* hoc est: in S. Ecclesiâ veras laudes meo nomini dicent, & *confluent ad bona Domini super frumento & Vino & Oleo.* Non sicut Judæi laudant, qui majori desiderio frumenti vini & olei flagrantes quam devotionis a-

ore huc confluunt. Isti autē N. T. cives exul-
 bunt vere *ad bona Domini* quæ sunt vera bo-
 na scilicet spiritualia, & licet destituti sint tan-
 quam vos ita expetitis, frumenti, vini atq;
 olei terrestris abundantia &c. tamen Verbo
 celesti atq; Sacramentis recreati mihi laudes
 cantabunt, *eritq; anima eorum quasi hortus irri-
 gatus, & ultra non esurient, &c.* Sic enim caput
 totum felici explicatione ad historiam exhibi-
 tum in T. N. Messia, quam proponit in secundo
 capite Matthæus, accommodari potest. Non
 sunt igitur alicujus notæ, quas hîc Doctores
 inveniunt, difficultates, si voce *Rachelis* nō ipsam
 personam Rachelis, sed sub imagine Rachelis
 (gemina liberorum maximè amantis) cætum
 matronarum Bethlehemitarū planctu suo
 genti ipsum Rachelis ibi sepultæ monumen-
 tum infestantium intelligas. *Absurdum* inquit
hemniti Harmon. lib. 1. cap. 13. *videri pote-
 rat, si puer Jesus est Salvator, quare, cum vix in
 hoc mundum editus est, illi, qui ipsi proximi &
 conjunctissimi erant, & etate, & sanguine, utpote
 ex domo Davidis & bimuli, tam crudeliter pro-
 pter ipsum trucidantur? Sed Evangelista osten-
 dit verbis Prophetæ, N. T. salutem esse ex per diti-
 tione, vitam ex morte, gaudium ex plerata, spem
 ex desperatione. Per TOTUM enim illud caput*

Propheta loquitur de restitutione Israël futuræ
 per Messiam, quam tali, ut dixi, antithesi quæ
 & contradictione describit. Et ipsa Rachel, cum
 propter promissionem de Messia deserta patria Ja-
 cobum secuta esset, ac venisset circa Bethlehem, ubi
 nasciturus erat Salvator, doloribus partus extin-
 guitur, & tamen obstetrix non vult filium vocare
 Benoni, sed Benjamin. Non mirum igitur videri
 debet, quod puer Jesus etiam hoc modo caperit esse
 Salvator, nempe per truculentam cadem ad vi-
 tam æternam, ostendit etiam, regnū hujus Salva-
 toris non esse de hoc mundo, nec ejus salutem esse
 hujus caducæ vitæ. Trucidantur enim in-
 fantes, quorum est Salvator. Et quod sit judicium
 rationis, hoc modo exponit: Rachel plorat, & non
 vult admittere consolationē; quia non sunt
 hoc est, judicat promissionem de Messia ipsis nihil
 prodesse, cum tam crudeliter abscissi sint de terræ
 viventium, vox vero divina respondet, quiesce
 vox tua à ploratu: est enim spes novissimi
 tuis, &c. Ad objectionem palmariam (nam
 quæ ad rationes Francisci Junii regerit Num. 10.
 magis hanc nostram stabiliunt quam labefa-
 ctant sententiam, si accuratâ lance singula
 consideres) Spanhemii part. 2. dubio Evang: 84.
 num. 8. v. 16. 17. Est spes novissimis tuis, & rever-
 tentur filii ad terminum suum. *ANTI DEUS ergo*
ma

manifesta, inter traductionem & restitutionem,
abitum & reditum populi Dei. Resp. duplici no-
 mine peccare Spanhemium, dum illud ad
 populum Dei refert, quod Propheta de solis
 locutus est infantibus: Si enim de abductio-
 ne hîc sermo, quod falsò supponit Spanhemi-
 us, & evincere nititur è versu 10. cum nulla
 hujusnequidem obscura extet mentio in isto
 capite, cur soli filii nominarentur & non poti-
 us filiæ seu liberi in genere? Deinde è phrasi-
 us scripturæ notum, ad mortuos scitè posse
 accommodari hanc formulam, quemadmo-
 dum constat è verbis Davidis 2. Reg. 12. v. 23.
Nunc autem, quia mortuus est, quare jejuno,
anquid poterò revocare eum amplius? Ego va-
tum magis ad eum, ille verò non revertetur ad me.
 sic habent de mortuis nostrorum omniũ
 querelæ, *ille fuit, non revertetur, &c.* Has tales
 plangentium Bethlehemiticarum lamentatio-
 nes compescit Deus, filios non sic periisse, uti
 terra illos, quippe quæ sanguinem inno-
 centum hauserat, compositos tum lugebant,
 terra propterea illis invisâ & terra inimici, sed
 filios è terra olim inimici reversuros: (*vadet*
ad requiem suam v. 2) non esse igitur penitus
 exterminatos, quomodo illos luctus nimius
 matribus adumbrabat, sed *ad terminum suum*

ad terram viventium è terrâ inimici felicitate
 translatos. Conf: omninô Sapiens: cap. 3. v. 2. 3.
 Hebr: 12. v. 22 23. *Nec abrupta eò sensu Prophetæ
 oratio redditur, quod veretur Spanhemius, c
 exertè per totum caput passim describat sta
 tum & tempora T. N., ita ut ad lucem nov
 omnis fatiscat obscuritas antiqui, nec Judæori
 cavillis ideò exponitur nostra Religio, cum n
 clarissimis quidem illi vaticiniis velum suū ha
 ctens voluerint submittere. 2. Cor. 4. v. 14. 15. 16.*

DOMIN: POST CIRCUMCIS,

Matth. 2. v. 15

UT adimpleretur quod dictum est à Domin
 per Prophetam (Os. cap. 11. v. 1.) dicentem: *E
 Ægyptô vocavi filium meum.*

Accuratè ad literam explicat Joh: Tarnov
 comm: in Hoseam p. m. 360. ita ut omnia hic ob
 jectâ dubia concidant, & commentatoribus
 ferè omnibus (Andr: solo Riveto exceptô
 palmam præripiat. QUAMVIS ISRAEL SIT
 PUER, excutiens sæpius jugū paternum, TA
 MEN DILIGO EUM. *Fundamentum hujus
 dilectionis ac conniventia atq; remissionis peccat
 torum subjicit hoc commate, IDEO EX ÆGY
 PTO VOCAVI FILIUM MEUM UNIGEN
 ITUM in Judæam, ut ibi rectè docendo, pi
 vivendo, ac durâ morte pereundo, pro peccata
 huma*

umani generis sufficienter, & pro fidelibus Israë-
is efficaciter satisfaciat, & salutem pariat, ut ita
us intercessione ego Deus Pater, cujus est filius,
potus non omnia strictò jure cum hominibus a-
am, sed quos ob sua peccata poteram perdere, ut
Sodomam & Gomorrhā, eos in Christum cre-
entes amem & filiorum loco habeam. Quid il-
ustrius, quid divinus & quod magis congrue
possit cum verbis S. Matthæi? Frid: Spanh:
art. 2. Evang: dub. 43. Hæc interpretatio, inquit,
& probabilior est alius, & magnos habet autores.
cum Rivetò tacitè laudans Tarnovium) à qui-
us invitus dissentio. Quæ objicit, partim ab
osò Tarnoviò jam sunt discussa, partim etiam
nobis hîc profligantur: quia nimis abrupta
& concisa hîc Messia commemoratio. Resp. Pro-
phetā de ingratiſſimò Judæorum animò con-
tionari, & inter cætera omninò debuisse etiā
referre, quam indignè ipsum suū excepissent
Salvatorem. Addit Spanhemius: Et quis qua-
to mortalium ex Israëlitis evocationem illam,
Messia ex Ægyptò animo præcipere poterat, quem
credebant omnes vocandū non ex Ægypto, sed ex
Israële, vel potius ex Judâ? Resp. Quis morta-
lium animò præcipere potuisset, Messia ad-
ventanti ne tutum quidem in Judæā locum
relictum iri (2.) Non confundi propterea

ipsam nativitatem ejusdem ve locum cum exiliô Christi, hanc enim tot alia Prophetarum oracula disertè monstraverant, atq; etiam jam antè describerat Matthæus. Regerit Spanhemius: (nam cætera collatâ inspectione Tarannovii dispelli possunt, nec opus, ut à nobis attingantur) *si Propheta fuisset animus, tantum consolatione insigni erigere hoc loco Judæorû reliquias, petit à Messîâ, promissionis de eô exhibendô ve exhibitionis ejus actualis mentionē facturus fuisset, quam evocationis ejus ex Ægyptô, &c.* Resp. Prophetæ scopum primarium esse, conferre hic tot divina in ipsos accumulata beneficia cum operibus illorum planè refractariis. Inter quæ sanè vel primum locum sibi vindicat contemptus nascentis Messîæ, quem, cum vili schemate venisset ad populum suum, eoq; nomine à pastoribus atq; Magis adoratus, illi mundana spirantes non solum non agnoscerent, sed & penitus è viventium numerô eradicare voluissent, ita ut tutius in Ægyptô quam in Palæstina asylum extorris patriâ invenerit. *Evocationis etiam ex Ægyptô mentio alienior videtur, eo ipsô, quia non statim ab adventu ex Ægyptô se Messias accinxit ad Israëlis pueri gubernationem, &c.* Resp. Hæc non vocari subteritem. Satis esse, si demonstret Spiritus S., populum

pulum Israeliticum sic semper se comparasse,
 ut ipse Messias (quippe qui cum periculô vitæ
 ex eorū Regione fugatus) ad alias potius gen-
 tes quam ad ipsos remeare potuerit. Victum
 tamen Patrem summâ misericordia restituis-
 se in Judæam Filium suum ex Ægyptô. Nullus
 igitur, qui nos malè habeat, super est scrupul⁹:
 Inam potius atq; alteram explicationem ad-
 jungere juvat mysticam. Chemnitius *harm.*
cap. 12. p. m. 258 fin. *Quia eductio ex Ægyptô*
figura fuit redemptionis à peccatô & morte æter-
na: Ideò per illud desertum puer Jesus in infantia
peregrinatus est, per quod filii Israel ex Ægyptô e-
ducti in terram promissionis. Cumq; nostro loco le-
gem subiturus esset, transit loca illa, ubi Lex in Si-
na lata, ubi serpens in desertô exaltatus, ubi pri-
mus Pascha mactatum, & sanguine ejus postes
aspersi fuerunt contra Angelum vastatorem. Ja-
cobus Alvarez part. 2. Meditat. 9. p. m. 147. fin.
ubi quæ incommoda non passi sunt? Quibus do-
lorib⁹ non compuncti, cum inter feras illas omnis
charitatis expertes habitabant, & contemptum
veri Dei, ac idolorum cultum aspiciebant? Sed
lux sanctitatis eorum in illis tenebris luxit. Al-
phonfus Salmer; Tom. 3. tr. 44. p. m. 406. Fugit
verò in Ægyptum, & propter Propheticum Osee
estimonium; & ut Ægyptiis, quibus olim pluri-

*ma mala intulerat, filium suum mitteret, quod
reconciliationis signum.* &c. Joseph: Hall *W*
Gesichter 1. Buch über das N. T. p. m. 91. *W*
vor eine Veränderung ist hier? Israel der erste
bohrne Gottes fliehet aus Egypten in das
lobte Land Judæam / Christus aber der Erste
borne aller Creaturen fliegt in Egypten aus J
dæa. Egypten ist das Heiligthum worden / J
dæa im Gegentheil das Inquisition-Haus d
Sohnes Gottes. Er / der allenthalben eben d
selbe ist / machet alle Dertter ihm eben. Er mach
den feurigen Ofen zum Lust-Hause / der Löw
Gruben zum Schutz-Hause / des Wallfisch
Bauch zur Wohnkammer / Egypten zur Herb
ge. Christoph: Pelarg: *Evang. Quæst. in Matt*
fol. mihi 41. b. Fugit ad Ægyptum, ut perfidia
Judæorum per fidem gentium castigaret. Na
Dominum suum, quem Judæa fugaverat, Æg
ptus obsequenter accepit, &c. Plures tales è S.
Patribus congeffit memorato locô meditat
ones Pelargus.

DOMINIC: IX. POST TRINIT:

LUC. 16. v. 9.

*Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis, ut
cum defeceritis, &c.*

SI ex mente doctorum (vid. Calixtus *Harm*
p. 188. 189. Salmeron T. 7. tr. 3. p. 15. & seqq.

para

parabolarum scopus potius attentendus quã
 maxie singulis inhærendum verbis, mirum
 quomodo se his verbis Interpretes nequic-
 quam torqueant, cum in ipsâ Christi parænesi
 rionobis inculcetur, ad exemplum hominũ
 profanorum nobis in tempore prospicere, ne
 geamus miseri æternum. *Mammon* igitur
iniquitatis nõ commendare hinc eleemosynas
 ad pertinere videtur ad ipsam parabolam, cu-
 jus finem isto Verbõ tacite repetit Salvator in-
 uens, homines mundanos maximõ opere id
 gere, ut sibi bene sit, si vel ipsam in eõ con-
 sulcent justitiam & suammet affligant consci-
 entiam: Quanto magis nobis vigilandum,
 quod absq; peccato possimus, ac maturè ad e-
 us aspirandum, cum quib9 velimus vivere vi-
 am perennaturam. Idem enim est, quod a-
 bi dicitur, *ne in vacuum gratiã Dei accipiatis,*
ut enim: Tempore accepto exaudi vi te, & in die
salutis audi vi te. Ecce nunc tempus acceptabile,
Ecce nunc dies salutis. 2 Cor. 6. v. 2. oportet operari,
donec dies est: venit nox, quando nemo potest o-
perari Joh. 9. v. 4. dum lucẽ habetis, credite in lu-
cem, ut filii lucis sitis, Joh. 12. v. 36. sciatis, quia fili-
us hominis habet potestatem IN TERRA dimitten-
di peccata, Matth. 9. v. 6. Ergo dum tempus habe-
mus, operemur bonum ad omnes, maxime autem

*ad domesticos fidei, Gal. 6. v. 10. Negotiamini, d
venio, Luc. 19. v. 13*

DOMINIC: XVI. post TRINIT. I.

Luc. 7 v. 14.

*Et accessit & tetigit loculum. Hi autem,
portabant, steterunt.*

A Lii penitus omittunt, alii ad mysticas
interpretationes dilabuntur, Christum sc
cet solum profectionem feralem posse siste
cum ipsâ conflagando morte, ejusq; carn
esse vivificam &c. Dixerim ego, Salvator
astantibus leverè hoc modo concionatur
dum tetigit (quia quicquid tango id etiam
no atq; altero digito ostendo) sarcophagu
detegendo simul ultimū superbiæ nostræ sc
um: Ac si inculcaret singulis astantium, & q
dem in sensus atq; peccō, loculum monstrat
Quid te dilatas & extendis homo, quid inu
possides, plura appetis? Quem tot fundi ac
mus non capiunt, locus iste capiet. *Loculus*
nim ex indole linguæ Latinæ dicitur quasi *pa
vulus locus*, & hoc tandem omnis homo exte
ris vitâ conditur: Has easdemq; severissim
meditationes ad mortuum præsentibus inspi
rare voluit Salvator, *dum accessit & tetigit loc
lum*, omnibus aspectantibus: *hi autem, qui pe
tabant, steterunt.*

DOMINIC: XXV. post TRINIT:

Matth. 24. v. 27. 28.

ut enim fulgur exit ab oriente & paret usq; in occidentē, ita erit & adventus filii hominis. Ubi cunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.

Uanquam Dominus ipse distinguat tempus judicii extremi ab excidiō Hierosolytanō, v. 29. addens. *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur &c.* Vias tamen omnes passim in eundem hīc imingere lapidem, (detorquendo, v. 27. & 28. ad finem Judicis adventum) & nescio quas duodecim allegorias, quibus ipse sanctissimus Sospitator noster cum cadavere, sancti fideles cum rācibus aquilis comparantur, Doctorū passim commentariis insertas. De priorib; omnibus versibus nemo dubitat, & conferri eam in se possunt Salmer. T. 4. part. 7. tr. 39. Jacobus Strinus in Matth. c. 24. pag. mihi 958. & alii alia omnia referentes ad tempora quæ præcesserunt Hierosolymes excidium. Sic & hanc etiam eō traho Salvatoris sententiam, quomodo id ex aliis ejus verbis constat Joh. 2). v. 19. *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad me?* Explicat Cornelius pag. mihi 554. Volo Joannem in vitā permanere, donec veniam ad publicum

publicum Hierosolymæ & Judææ, quæ me-
 cidit, excidium. *Veniam enim per Titum &*
manos, ulturus meam, id est, Messia cadem, co-
muni totius gentis Judaicæ clade & strage. S.
 trus enim & cœteri Apostoli occisi ante ex-
 diũ Hierosolymæ, solus verò Johannes illi fuit
 superstes. Sic & alios, Matth. 10. v. 23. *Non cu-*
summabitis civitates Israël, donec veniat Fili-
us hominis, de adventu Christi ad Judæorum
ruinam per Titum & Vespasianum, expo-
 re, autot est Pelargus *Quæst. Evang. in Mat-*
 fol. mihi 133. Quid vetat ergo hunc ipsum
 dem modo interpretari versum? Adven-
 enim Romanorum excidentium Hieroso-
 mam cum fulgure meritò comparatur, (1.)
 cladẽ universalem: sicut fulgur totum, quo
 bitamus hemisphærium occupat, *ab oriente*
occidentem; sic Christus irruens per Rom-
 nos, (cũ excidiũ istud ex parte imago ultimi
 dicii extiterit) universam in. volvit Palæsti-
 2. Ob subitum periculum, quod tamen toti
 mul orbi momento innotuit. 3. Ob inex-
 ctatum interitum, quo Titus in Paschate
 dæos undequaq; ad festum congregatos
 credibili celeritate adortus obsedit, & n-
 multò post penitus exstirpavit. 4. Ob flamma-
 rem Judicis, quem ipsi ita accenderant, fur-

in prævium vindictæ, quæ mox simul in se-
 ra fuit, infernali atq; sempiternæ. Hoc e-
 in & ipsum subinde Josephus testatur cum
 errore agnovisse Titum, tantas clades non
 populi armis, sed potentia sublimiori ad-
 bendo, quemadmodum Magis etiam o-
 in Ægypto accidit publicè confitentibus:
digitus Dei. Atq; hac explicatione melius
 insulimus versiculo 28. quam contortis, ne-
 am, vanis ac incertis allegoriis: Christus e-
 in sub noto simili suum terribilẽ hunc pro-
 nit adventum, cum gratiosum ipsi hæcenus
 evissent, & causas tantæ stragis ipsis impu-
 das esse Judæis asserit, quippe qui *in peccatis*
vitæ essent omnes mortui. Matth. 23. v. 27. Luc.
 .60. Ephes. 2. v. 5. adeoq; ipsam sanctissimam
 civitatem nil esse nisi tetrumatq; putre
 laver fatalibus ustulandum flammis, & ra-
 cibus jam jam projiciendum aquilis. Id
 od a Romanorum militum insignibus seu
 killis nec abhorret etiam, docente Henrico
 opingiò *antiquit. Romanarum* l. 3. cap. i. num.
Legionis signum erat Aquila, id est, alitis ejus si-
lachrum hastæ præpilatæ suffixum, & pede al-
o fulmen sæpè ferens. Quid clarius ad expli-
 tionem nostræ mentis, atque ipsius hîc Ev-
 gelicæ veritatis?

DOMINIC: XXVI. post TRINIT

Matth. 25. v. 37. & 44.

Domine quando te vidimus esurientem, &

Post ultimam sententiam Judicis, quâ be-
 ad gaudia evehuntur, damnati ad tormen-
 ta eademq; sempiterna præcipitantur, tanta
 horroris hîc, lætitiæ cumulus illic conscientiam
 occupabit, ut utriq; in abyssum quasi in
 mensam mersi nulla mentis acie comprehen-
 dere valeant, quomodo Deus æternum salu-
 æternum puniat, atq; ita luctantes cum su-
 met cogitationibus perpetuò quasi audiant
 illud Judicis. *Hoc mihi fecistis.* Nimirum Fili-
 Dei fructus seriæ pœnitentiæ, messemq; ben-
 ficentiæ è verâ prognatâ atq; salvificâ fide,
 remunerabit, ut si singula ipsi essent immen-
 Deo præstita, charitatis vel minimo Christi-
 næ Ecclesiæ alumno collata specimina. Quod
 & in contrariam partem ita habet de impi-
 qui tum demum infinito suo cum malô se-
 tient, quid sit, *Christum persequi, sanguinem n-
 vi testamenti velut immundum conculcare, Sa-
 vatorẽ iterum sibi ipsi crucifigere,* id quod me-
 sus conscientiæ tunc eheu nimium evigilan-
 cum fulminante Judicis damnatione ip-
 semper ingeret. *Hoc mihi fecistis.* Nullus eni-
 hiscere contra audebit istâ die, tantum abe-

ermones sociare aut etiam respondere pos-
 uispiam: Loquitur igitur Salvator de ser-
 minationibus, quas, cum furore divino mi-
 conscientia semper oggeret damnatis no-
 e Christi. *Hoc mihi fecistis.* Sed isthæc me-
 & disertius cum pro concione & connecti
 lustrari possint, finio hic, & unum saltem
 Apostolô Paulo locum coroniclis instar
 cio.

Epist. Dominic. XIII. post Trinit.

Galat. 3. v. 20.

*Mediator autem unius non est, Deus autem
 unus est.*

Ersu præcedente dixerat S. Paulus *legem fuisse or-
 dinatam per Angelos in manu Mediatoris id est*
is, quomodo se hic ipsum describit Deuteron. 5. v. 5.
Requæster & medius fui inter Dominum & vos in
ore illo, ut annunciarer vobis verba ejus: timuistis
ignem, & non ascendistis in montem. Nimirum si-
 lus ne vocem quidem legis, multo minus fulgura &
 ina iræ divinæ per legem vibrata audire sustinuer-
 erpicuum est, è lege non provenire justificationem,
 pus esse vero Mediatore, (cujus tunc typum gessit
 es) qui inter duas personas Deum scilicet irascentem
 ato, legisq; maledictione velut fulmine conterentem
 la, & ipsos reos peccati atq; iræ Dei homines inter-
 at, & utriusq; naturæ, divinæ pariter ac humanæ,
 iceps, iram Dei pro nobis in se suscipiat, sicq; justitiæ
 itæ suo meritô satisfaciens nobis patrem cœlestem
 atum reddat. Quod mediatoris officium cum denotat,
 t, cujus nomen atq; partes aliquo modo sustinuerat
 es, ne Israëlité hunc illum ipsum Mediatorem esse
 autu-

autumarent, addit Apostolus: Moses nec fuit nec esse
 lis Mediator potuit, quippe qui homo peccator fuit,
 indigens hujus unici Mediatoris merito; id vel ex
 Mosis, qualis ille fuerit Mediator, & opere & person
 vincit: *Mediator autem (1.) unius non est* sive pop
 ut Moses ipse & Dux & pars populi Judaici; De vero e
 Mediatore extat effatum Pauli ad Roman. 3, v. 29.
Judaorum Deus tantum? nonne & gentium: im
gentium (2.) Mediator autem unius non est etiam na
 ræ, sed utriusq; divinæ & humanæ. Ideirco non Mo
 merum hominē, & quidem peccatis ac ærumnis oblit
 sed Christum Θεὸν Ἰσῶν συνῆκεν Deus, ut esset
 camentum per fidem in sanguine ipsius Rom. 3. v. 25.
 etiam, non veluti Moses intercedendo pro populo Ju
 eo, sed utrosq; (Judæos pariter & gentiles) in unô co
 re reconciliavit Deo per crucem. Eph, 2. v. 16. adeoq;
 ut homo solum (quî enim homo solus infinitæ atq; c
 næ justitiæ potuisset satisfacere?) sed ut homo & D
 acquisivit ecclesiã propriô sanguine Act. 20. v. 28. Cu
 Θεὸν Ἰσῶν hic unus Mediator Dei & hominum, 1. T
 2. v. 5. *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sec*
 Hebr. 13. v. 8. Rectè S. Apostolus & nomen & partes
 Mediatoris negat ullô titulo competere Mosis. *Medi*
autem unius non est. Deus autem ille unus (Mediat
 est. S. Patrum illustres copiosasq; sententias, de Me
 tore nostrô Θεὸν Ἰσῶν, videat, cui volupe est, a
 Contr. Horneium disput. 1. sect. 4. de officio & me
 Christi. th. 146. 157. & seqq. Qui solus ergo unus
 noster Mediator,

SOLI DEO GLORIA.

CORR.

Pag. 7. l. 15. *stimulus*. p. 20. l. 1. hîc p. 12.
 pro tua lege luce lin. 14. pro non lege enim.

F I N I S.